

L O G U S V I I.

*De externis & temporalibus
Dei operibus.*

ATque hæc de internis & æternis Dei Aphorismis. **OPERIBUS**, decreto scilicet PROVIDENTIAE & PRÆDESTINATIONIS, quibus respondet executio decretorum, qua Deus in tempore facit, quicquid ab æterno se facturum præscivit & decrevit, idque totum eodem planè ordine & modo quo decrevit. a Es. 46. v. 10. Psal. 115. v. 8.

2 *Partes hujus executionis*, prout & ipsius decreti, duæ sunt: *efficax operatio & permissio*: illa est effectio seu productio omnium bonorum, quæ sunt & fiunt: ista est voluntaria concessio, quâ non impeditur mutatio creaturarum à bono in malum, ita ut boni antecedentis privatio fiat.

3 Hæ autem partes ita ordinatæ sunt, ut respectu operationis omnium rerum principium, progressus & finis sit bonus; respectu verò permissionis res creatæ pro sua mutabili conditione à sua bonitate assistere permittantur, Deo interim omnia, quatenus bona sunt, efficaciter operante, quæ mala sunt ordinante & providè curante, i. e. bonam creaturæ naturam susten-

B vij